8.55.9.5/7

RELIGIONIS, ET POLITIÆ FŒDUS

IN ADVENTU EMINENTISS. PRINCIPIS

CARDINALIS DAVIÆ

URBINI DE LATERE LEGATI EXPRESSUM,

ET EIDEM EMINENTISSIMO PRINCIPI

Ab Academicis Nascentibus Colleg. Nobil. Scholarum Piarum

NUNCUPATUM.



URBINI M. DCC. XVI.

Typis Angelii Antonii Monticelli Impress. Camer.
Superiorum Permissu.

Digitized by Google



Digitized by Google

CARMEN.



* COgimur ad numeros, congestaq; pectore major
Insolitas tentare vias mens urget, & ultra
Tollere se vires* At sacri Meta furoris
Nos latet. Eheu nostra sui mens nescia! nostro
Ignoramus adhuc quidquid sub pectore verset!
Jam videor mihi summa procul penetralia Deli
Aspicere, & foribus procedere sponte reclusis
Fulgura, vicinum prorsus testantia Numen.
Jàm quatit humanos præsentia Numinis artus,
Spiritus intus agit, totosq; effusa per armos
Vis propè divinum spirat Phæbæa tenorem.
Quò feror? ignoti, quò me rapit impetus œstri?
O furor, o dulcis, si qua est, insania Vatum!
Quæ mihi materies, o quæ dulcissima rerum
Copia se se offert! oculosq;, & vota canentis
Excitat, & rapit, & præsenti Numine complet!
* Anne tuis igitur nostræ devota Camenæ
Incipient meritis præludere fata JOANNES?
Ast age purpurei felix, atq; ampla Senatus
Gloria, DAVIÆ non ultima Gloria Gentis,
Reclines ad nostrà tuas dùm porrigis aures
Carmina, non equidèm divina modestia vultus
Indignata potest nostris irascier ausis.
Nil ego de Te: cur imponere Pelion Ossæ
Audaci tentem nisu?, quæcumq; referrem,
Et quota pars foret illa tui? numerosior ulli
Adfuit an virtus?, an gloria Principis unquam

Plenior, & rebus, titulisq: sequacibus ulli?
Quidquid molimur, totum molimur in ipso
Numine, & Aonios Numen mihi suscitat æstus:
Irasci, si forte velis, irascere Phębo.
Parce tamèn, dùm prisca ferens, percussaq: coràm
Fędera Numinibus, quæ jàm feriere volentes
Relligio, & Politia tuis expressa JOANNES,
Si quando innuerim factis; nam prorsus abire
A te carminibus longè, quî possumus istis!
Principe digna modò, & modò Pręsule digna canamus.
Postquam sollicitis acuens mortalia curis
Pectora, difficilem voluit Pater ipse Deorum,
Atq: Hominum esse viam frugis, terræq: colendę
Aurea cesserunt mutato sęcula vultu. *
Si tamen hoc tanto videantur Nomine digna
Sęcula, quæ turpi longùm maculata veterno
Desidià genus omne Hominum marcere sinebant:
Spontè quidèm pariebat ager sua germina, spontè
Ipsa suas admirabantur lacte tumentes,
Et passim vino fervescere flumina ripas.
Hic nullo cultore suos enixa racemos
Plena maritali pendebat vitis ab ulmo.
Mella ministrantes illic rorantia truncos
Cernere erat, longèq: Thymos, latèq: Sicana
Quas Tellus effundit opes, quas fundit Hymettus.
Hunc regnare diù non passus Juppiter orbe est
Indignum pacem, longo Saturnia tandèm
Otia jàm Victrix pepulit Solertia Regno.
Utq: novas sensere manus, Terræq:, Poliq:
Sceptra, novas etiàm senserunt sęcula leges.
Namq: Jovem insolità sic Majestate coactis
Intonuisse ferunt Divis: En machina rerum
Nobis prona subest: pulsâq: Tyrannide Patris
Munere fatorum, & nostrà virtute tenemus

Æter-

Æternum imperium, sed non tenuisse decorum est;
Si ruat in pejus nostro sub Numine Mundus.
Quis neget invidiam? (nec enim nocuisse Tyranno
Fas erat) auspiciis si non melioribus annum
Voluere, & humanam in melius convertere sortem
Conemur? nostis Belvarum more feroces,
Incultos sinè lege homines, sinè moribus, & quos
Nec victus, nec vita feris distinxerat oris
Vix Sonus humanas norat formare loquelas.
Nostis adhùc nullis concretas menibus Urbes;
Non homines, non tecta simul cojere, nec ullum
Usq; adeo novit rerum commercia regnum.
Non equidem inficior vitiis caruisse nefandis,
Innocuos vixisse viros, nèc tela, nèc arma
Audaci rapuisse manu: livescere nullos
Vidimus in socios; non sacra (fatemur) Avaris
Est auri dominata fames, non impius ardor
Vindictæ docuit funus celerare venenis.
Hos tamen insontes (si tales esse velimus)
Mores, Bruta etiam norunt; novere Leones
Abstinuisse dolis, gregibus lupus ipse rapaces
Continuit fauces; verùm pulcherrima Virtus,
Ingenui mores, Heroica pectoris Hospes.
Integritas per magna ruat discrimina oportet.
Virtutem discant homines acquirere magno,
Et magno incipiant animi contemnere nisu.
Illecebras vitii. Cessent currentia passim.
Vina per expositos Rivis fluitantibus agros;
Terra neget fruges, & poma sedentibus arbor,
Sic varias sic inveniet labor improbus artes,
Ingeniumq; acuet miseris in rebus egestas.
Ingeniosa Fames urget tractare bidentes,
Cogit & indociles ad dura novalia Tauros.
Sentiet astrorum vires mortalis, & illas

Digitized by Google

Non frustra ornare hæc speciosa volumina flammas,
Admonitus, vario sub sydere crescere fruges
Noverit: Annorum cursum, reditumq; juvabit,
Et varias, certasq; vices distinguere sæcli.
Utq; novas penetrare plagas, externaq; gentes
Cogantur loca, non omnis ferat omnia Tellus.
Hinc liceat signare suis confinibus agros,
Amplaq; Solemni partiri limite Regna,
Alter ut alterius populus sibi jungere quęrat
Fędera, & excurrant totum commercia Mundum.
Ante thronum steterat vultus, oculosq; verenda
Virtutum speciosa Cohors, quibus inde sereno
Ore ait: Ite mei decus, & pulcherrima Regni
Gloria, Relligio, Pietas, Politia, Fidesq;
Ite meę mentis, vos pectoris ite Ministræ:
Vobis ante alias orbis sit prima regendi,
Cura; Sacerdotes nostris altaribus, atq;
Insignes pietate viros, qui thura, precesq;
Et qui vota ferant populi, secerne fidelis
Relligio; qui sceptra gerant, qui legibus orbem
Frænent, ipsa legas Politia: innixa duobus
Cardinibus recto ceu volvitur ordine rerum
Machina, sic Politiâ, & Relligione necesse est
Fulciri imperii molem. Sic fatus ab alto
Juppiter excusso tremefecit cardine olympum.
Tunc primùm exarsit virtutes Æmulus inter
Ardor, & injecit sub pectore semina flammæ;
Forsitan in magnum quondam eruptura sororum
Discrimen, ni prompta suo Sapientia Divas
Numine discordes ęterno fędere firmet.
Utraq; nàm meditata suos, petit utraq; eosdem
Heroes, primosq; sibi petit utraq; honores:
Altera thuricremis quos jam prædestinat aris,
Altera sustineant vult regia pondera scepti.

Cęte-

Cętera virtutum divisâ favebat utrisq;
Alma Cohors, varioq; replebat murmure Cęlum,
Qualitèr errantum duplex conflatus in unum
Fertur apum tota hùc, illùc exercitus Æthra,
Obstrepit una alii, circumvolat, ardua surgit,
Miscenturq; omnes, iterùm sparguntur; adhærent
Nempè Duci gemino (namq; hæc discrimina duplex
Rex exercitui præses disseminat) inter
Non aliter fervet Divas discriminis ardor.
Verùm dissidio Sapientia consulit, illa
Una cothurnatæ Regina potentior aulæ,
Quàm penes est rerum moles; cui mens, animusq;
Numinis, & totus sæclorum panditur ordo.
* Est locus arcana Cęlorum parte repostus,
Avius, interior, nulli penetrabilis, unum
Excipias, si fortè, Jovem, Divamq; Coęvam,
Cui Pater omnipotens prænoscere cuncta, hominumq;
Consuluisse dedit fatis; hùc Arbitra rerum
Compellat nutu geminas contendere divas. *
Aligeræ ante fores Custos, cui summa Potestas
Arcendi, tentare aditus, vetitosq; Penates
Audentes, sed nota videns modo Nomina duros
Obyce firmatos pandit septemplice postes.
Aula patet, non magna tamen, si lumina tentent,
Singula quæ præfert sculptis miracula muris,
(Si muros dixisse licet, quos cęlica struxit
Materies ipso longè pretiosior auro)
Non opus annorum, sed plurima sęcla requirant.
Panditur hinc Hominum series ab origine, noscent
Et quos bella Duces, & quos Respublica Legum
Custodes, clamides illis adamante refulgent
Undantes humeris, istis flavescit in auro
Gemmantes distincta sinus Toga. Purpura Reges
Secernit, sacros Divorum Vitta Ministros.

 Quis

Quis tamen aut tempus, vel noſcere Nomina poſſet;
Quæ prorſus divina notant elementa legenti,
Conſcia ni rerum Dea panderet omnia Divis?
Tunc ſibi præcunctis cariſſima nomina Patrum,
Relligio didicit, quos circum altaria ſacras
Sanguine ſępe dedit pecudum fędare ſecures;
Regnorumq: ſuos novit tunc arbitra Alumnos.
Jam propè diſcordes rerum admiratio mentes
Sopierat, cùm nacta decens Sapientia tempus,
Talibus alloquitur non indignata ſodales:
Cernitis ut cunctis, cariſq: ſororibus unas
Vos ego prætulerim, atq: hæc ad ſecreta vocarim
Nulli adeò, nec poſthac conſpicienda, Sororum?
Nunc agite, & quoniàm quædam vis æmula veſtrum
Tentarat pectus, deponite ſiquid honeſtum
Perturbans animum ſupereſt. Diſcordia veſtris
Pectoribus longè, atq: animis cęleſtibus iræ.
Non quia limitibus diſcreverit ampla Supremus
Regna Pater, diviſa etiam vult pectora; in unum
Ire homines variis diviſos finibus una
Cogat Relligio; ſervet ſua jura Poteſtas
Imperii, ſervetq: ſuum Politia tenorem.
Sic erit ambarum moderanda Potentia, neutra
Poſſit ut alterius minimum vel lędere leges,
Immo utraſq: olim complere videbitis unum
Heroem curas, duplici qui munere ſolus
Præbebit pia thura Aris, & debita quondam
Jura dabit populis: ſimul àc effata, rigentes
Protinus obrizo telas diſcriminat auro.
* En patet in media viſu pulcherrimus aula
Orbis, cardinibus geminis hinc inde columnis
Innixus, facilè revolubilis, atq: videri
Se ſinit, hìnc Urbes, hìnc Regna lubet didiciſſe. *
Regnorumq: poteſt diſcrimina quiſq; tueri;
Æquo

Æquora, littora, flumina, stagna, lacusq: sub uno
Cuncta patent oculo, sed quod mirabile dictu est,
Quodq: ostendit opus divinum ab origine, cunctas
Fas erat ante oculos urbes legisse futuras.
Quęq: suo distincta nitens emblemate, pręfert
Quot duratura est expressis sęcula punctis.
* Dum stupet attonito tanta hæc miracula vultu
Utraq: Diva legens, iterumq:, iterumq: revoluit
Attrectatq: globum: hùc aciem Sapientia fatur,
Huc animum fas est deflectere (destinat urbem
Intereà digito quæ jam turrita superbum
Inde etiam caput ad superas eduxerat auras,
Et circùm pleno se voluens Gurgite Rhenus.
Alta salutabat non longè męnia, quondàm
Felsina, & Etrusci Regina Bononia tractus)
Hæc, ait, Heroes Bello, Paciq: supremos,
Hæc fęcunda parens studiorum plurima Regnis
Inferet, atq: Aris, & plurima nomina stellis;
Hæc pariet Juvenem, quem primis Bellicus ardor,
At pius in Trhacas, quàm spontè coegerit annis!
Sentiet usq: Oriens Venetis pugnantibus hujus
Prima rudimenta. At suprema negotia rerum,
Et tua, Relligio, revocabunt. Belgica primum
Męnia, cognati, Princepsq. Colonia Rheni
Viderit Ausoniis quantum prò juribus iste
Consilio valeat; Sed quà se porrigit Arctos,
Męnaliasq: datur propius spectare quadrigas
Illùc ibit, Hyems quem nèc terrebit euntem
Sarmata, nec scythicis contermina regna pruinis.
Quantus erit, quàm mente potens, quā pectore! quantus,
Ingenio! consulta etiam suprema Senatus,
Totaq: Sauromatum gaudens mirabitur aula.
Quid memorem quibus hìnc veniet Pietatis onustus
Exuviis? magno postquam compleverit oras

No.

Nomine Teutonicas, quantis illum Austria votis
Excipiet? jam grata parat sua præmia Roma
Emerito, sociumq; Patres ad jura Senatus,
Purpureiq: diù expectant ad signa curulis
Munera; at Emerito numerosa negotia tardant,
Gloria quò veniat numerosior inde merenti.
Debita cui toties, pudibundaq; purpura labens
Ante pedes, permissa humeros ascendet honestos.
Nunc agite, atq; aliò devoluite lumina, & urbem
Cernite cui circùm voluens sed plenior alveo
Amnis, Arimineum nomen quoq: fecerat urbi,
Quæque Metaureis latè dominatur in undis.
O' quibus accurret tandem opportunus utrisq:
Temporibus Populis. Jàm longiùs altera Patrem
Sentiet, & sacris redimitum tempora vittis,
Noscet propitiis cumulare altaria donis,
Altera magnificas olim melioribus aulas
Auspiciis tanto repletas Principe cernens,
Inclita Feltrensis consurgere lumina Famæ,
Roboeræq: Domus felicia credet in uno
Fata per antiquas renovari numine palmas. *
Quarè agite, & vos hæc inter firmissima sunto
Fœdera (quandoquidem sacris incumbere divûm,
Et populos uni longâ ditione tueri
Æterna jam sorte datur) vos mutuus ambas
Complectatur amor; non intermissaq: jungat
Pax; dabit una Deos & sacra; sed altera concors
Jura dabit populis: at non obstantia sacris
Jura Deum: Sic fata volunt, sic summus eadem
Relligione Pater divisa coegit in unum
Regna, quod alterius voluit, legiq: subesse
Atq: Potestati Populos, infractaq: eodem
Jura Deum, Regumq: simul sub Principe servans.
* Dixerat. Inde manus manibus conjungit utrasq:

Dex-

Dextras, æternáq: Poli ter luce vocata, *
Diffusoq: Jovis coram undiq: Numine fędus
* Optatum feriere ambæ. Prior ipsa locuta est
Relligio, talesq: dedit de pectore voces.
Te Pater omnipotens, cui summa Potentia rerum
Omnia qui solus tremebundo numine torques,
Et qui fulmineo sancis pia fędera telo.
Te voco, perpetuam Germanæ & spondeo Pacem.
Ante suum turbatus iter sol deseret, ibunt
In caput ante suum redeuntia flumina retrò,
Littora trasgressus dominabitur undiq: pontus,
Orbruet effusis montesq:, & marmora ripis,
Dissolvent elementa fidem, miscebitur orbis
Quam percussa libens declinem fędera pacis.
Sic ait illa prior, quàm sic soror inde secuta est.
Hæc eadem pariter juro, terrasq: jacentes,
Ipsaq. dispositi certissima fędera mundi
Decreto firmata Patris, prius irruat in me
Igne rubens furibunda Jovis vindicta trisulco;
Aut videar mundo expulsa, & saturnia rursùs
Otia prisca ferat revolubilis ambitus ęvi,
Quam percussa unquam perfringam fędera pacis.
Vix ea; cùm simul egressæ circum undiq: totum
Tergemino splendore vident fulgescere cęlum,
Terq: serenatum ingens intonuisse sinistra.
Non procul à foribus tecti discrimine prorsus
Nondum sedato virtutum cętera sparsim
Undabat numerosa cohors: velut Adria, postquam
Effractæ bello redeunt ad claustra Procellæ,
Non furit, at servat vestigia lenta furoris
Præteriti, si fortè tamen Neptunus ab undis
Sustulit excitum caput alto murmure, muta
Equora subsidunt, ridetq: malacia Ponto.
Sic reliquum siluit vulgus, cui maxima Virgo,

Digitized by Google

Et vestrum quoq:, dixit, erit firmata sororum
Fœdera sponte sequi: mens hæc suprema Tonantis;
Regna aliis certo secernere limite Regnis;
Munera muneribus; Virtutes tendere in unum;
Et simul in magnis junctas Heroibus olim
Vos Pater Omnipotens oculis mirabitur æquis.
Dixit. At impatiens rerum novitate fremebat
Mixta cohors cupiens firmati fœderis omen
Noscere, nàm veluti populo spectante Senatum
Dimissum, cùm facta latent decreta, resurgit
Murmur, & in medio crebrescit sedula vulgo
Noscendi quidquid Patres sanxere, voluntas;
Scire tamen prohibet summi reverentia cœtus,
Sic inter se virtutes cupiuntq: timentq:
Hinc satis ut cunctis faceret virtutibus, urget
Ante gradum, secumq: trahit, comitante caterva,
Præcipuas, latè quà se mitissima cœli
Zona per immensum se porrigit ardua gyrum.
Hanc super illustres animæ, quas æquus amavit
Juppiter Heroum per sidera summa vagantur.
Vix in conspectu æthereas ruere undiq: mentes,
Et latè cernunt dispersas æquore toto.
Non tot in Autumno cooperta cadentibus ampla
Conspicitur Tellus foliis; nèc in Ethere tantùm
Nunc glomerantur aves, nunc effunduntur apertis
Ad numerum campis; non explicat aurea cœlum
Nocte sub obscura tot sidera, quot per amœnas
Occurrunt Animæ sedes. Hinc plurima denso
Turba Choro variis se aspectibus exhibet: Illa
Apta Sacris patet incessu, patet ore, benignum
Pandit nempè jubar, majestatemq: verendam.
Altera muneribus Bellorum prona, favillas
Ex oculis torquet: generosa ferocia vultus
Innuit intrepidi nativos pectoris ignes,

Lo-

Legibus hæc apta, hæc ſceptris, populiſq; regendis.
Utq; omnes animæ prorsùs conſiſtere contra;
Prorſùs ut in pratis, ubi primo vere nitentes
Explicuit virides pulcherrima Chloris honores,
Verſicoloratis lętantur floribus agri;
Non decor, aut pretium, non eſt color omnibus unus,
Sed flos innumerus varias, numeroq; carentes
Enumerat Dotes. Sapientia deinde ſupremi
Pectoris interpres virtutibus inquit, habetis
Ante oculos animas magnas ab origine, mundus
Et quibus inferior datus eſt, quibus infima fato
Corpora debentur; ſed vos quandoq; gravatas
Corporibus pigris, vos tollite ad uſq; reverti
Nativum poſſint, ex quo labentur, ad axem.
Aſt agite, & quoniàm parvas res unica profert,
Ac vehit in magnam ſortem Concordia, veſtris
Hæc mea dicta animis attentè figite: Regnum
Non fore perpetuum virtutum; labitur ingens
Quodcumq; imperium, ſi quæ diſcordia vexet.
En veſtrum imperium, en Regalia Pectora, magnas
Illuſtres animas. Harum contendite in uſum,
Et ſimul unanimes veſtras educite vires.
Stat quoq; participes fieri Vos fęderis, inter
Quod veſtras ferii primas ego ſola ſorores.
Hinc quaſdam ante alias vobis proponere mentes,
Sublimeſq; animas cupio, quibus alta voluntas
Se ſe complacuit, totoq; effudit in illas
Pectore ſe Numen; defigite lumen in ora:
Cernitis adverſam? venientis diſcite vultum:
Atq; hanc prò cunctis agnoſcere ſufficit unam.
Huic eritis Comites; cum primum luminis auras
Attigerit, gremioq; legent genitricis ab alvo
Hunc poſtquam Charites; Robur, Decor inclitus ora,
Frontem Majeſtas, oculos & vividus ardor

Oc-

Occuret, inceffum gravitas, dulciffima totos
Gratia per teneros diffufa refulgeat artus:
Mafcula vis animum, mentemq; invadat honefti
Confilium, re&iq: tenax, & candida veri
Pulchra Fides, Soror, & Comes indivifa; pudicas
Huc Amor Alas urge, virgineumq; pudorem,
Atq: verecundos, fpeciofa Modeftia, mores:
Tuq: Themis divina colens, humanaq: fervans
Jura, tuum jufto legum moderata rigorem
Ordine libratas æquali pondere lances
Suftine, & in magno imperterrita pectore regnes.
Temperet innocua & rigidos Clementia fenfus:
Vofq: fimul certate omnes, contendite in unum
Ire animum: veftris adolefcat moribus Heros,
Quem fibi Relligio, fibi quem Politia facravit.
Quandoquidem natale folum, clariffima ftirpis
Gloria DAVIÆ, tot maxima munera, totq:
Et belli, & pacis fuprema negotia, tantum
Heroem exoptant, sic nos, sic fata tulerunt.
Vix ea Diva dedit; læto ruit Æthere plaufus
Jam tædet noviffe alios Heroas, & unum
Corde fovere virum, totis occurrere votis,
Atq: animo incipiunt concordi pectore cunctæ
Virtutes, patriamq: petunt, ftirpemq: viciffim
Difcere: namq: ipfæ Charites imponere Nomen
Optavere; fuis nec defuit arbitra mundi
Provida mens votis, atq: omnia numine firmat.
Tunc plaufus inter, confufaq: murmura vocum
Intonuit vario concentu fæpe JOANNES.
Concita cui magnis conflatos menfibus annos
Fata laboravere; & nunc pretiofa revolvunt
Stamina, Virtutum jam prolatura perenne
Hofpitium terris, & magni fœderis omen.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Occurret, incessum gravitas, dulcissima totos
Gratia per teneros diffusa refulgeat artus:
Mascula vis animum, mentemq: invadat honesti
Consilium, rectiq: tenax, & candida veri
Pulchra Fides, Soror, & Comes indivisa; pudicas
Hùc Amor Alas urge, virgineumq: pudorem,
Atq: verecundos, speciosa Modestia, mores:
Tuq: Themis divina colens, humanaq: servans
Jura, tuum justo legum moderata rigorem
Ordine libratas æquali pondere lances
Sustine, & in magno imperterrita pectore regnes.
Temperet innocua & rigidos Clementia sensus:
Vosq: simul certate omnes, contendite in unum
Ire animum: vestris adolescat moribus Heros,
Quem sibi Relligio, sibi quem Politia sacravit.
Quandoquidem natale solum, clarissima stirpis
Gloria DAVIÆ, tot maxima munera, totq:
Et belli, & pacis suprema negotia, tantum
Heroem exoptant, sic nos, sic fata tulerunt.
Vix ea Diva dedit; lato ruit Æthere plausus,
Jam tædet novisse alios Heroas, & unum
Corde fovere virum, totis occurrere votis,
Atq: animo incipiunt concordi pectore cunctæ
Virtutes, patriamq: petunt, stirpemq: vicissim
Discere: namq: ipsæ Charites imponere Nomen
Optavere; suis nec defuit arbitra mundi
Provida mens votis, atq: omnia numine firmat.
Tunc plausus inter, confusaq: murmura vocum
Intonuit vario concentu sæpe JOANNES.
Concita cui magnis conflatos mensibus annos
Fata laboravere; & nunc pretiosa revolvunt
Stamina, Virtutum jam prolatura perenne
Hospitium terris, & magni fœderis omen.

FINIS.

Digitized by Google

Occupet, incessum gravitas, dulcissima totos
Gratia per teneros diffusa refulgeat artus:
Mascula vis animum, mentemq: invadat honesti
Consilium, rectiq: tenax, & candida veri
Pulchra Fides, Soror, & Comes indivisa; pudicas
Hùc Amor Alas urge, virgineumq: pudorem,
Atq: verecundos, speciosa Modestia, mores:
Tuq: Themis divina colens, humanaq: servans
Jura, tuum justo legum moderata rigorem
Ordine libratas æquali pondere lances
Sustine, & in magno imperterrita pectore regnes.
Temperet innocua & rigidos Clementia sensus:
Vosq: simul certate omnes, contendite in unum
Ire animum: vestris adolescat moribus Heros,
Quem sibi Relligio, sibi quem Politia sacravit.
Quandoquidem natale solum, clarissima stirpis
Gloria DAVIÆ, tot maxima munera, totq:
Et belli, & pacis suprema negotia, tantum
Heroem exoptant, sic nos, sic fata tulerunt.
Vix ea Diva dedit; lato ruit Æthere plausus,
Jàm tædet novisse alios Heroas, & unum
Corde fovere virum, totis occurrere votis,
Atq: animo incipiunt concordi pectore cunctæ
Virtutes, patriamq: petunt, stirpemq: vicissim
Discere: namq: ipsæ Charites imponere Nomen
Optavere; suis nec defuit arbitra mundi
Provida mens votis, atq: omnia numine firmat.
Tunc plausus inter, confusaq: murmura vocum
Intonuit vario concentu sæpe JOANNES.
Concita cui magnis conflatos mensibus annos
Fata laboravere; & nunc pretiosa revolvunt
Stamina, Virtutum jam prolatura perenne
Hospitium terris, & magni fœderis omen.

F I N I S.

Digitized by Google

Occurret, incessum gravitas, dulcissima totos
Gratia per teneros diffusa refulgeat artus:
Mascula vis animum, mentemq: invadat honesti
Consilium, rectiq: tenax, & candida veri
Pulchra Fides, Soror, & Comes indivisa; pudicas
Hùc Amor Alas urge, virgineumq: pudorem,
Atq: verecundos, speciosa Modestia, mores:
Tuq: Themis divina colens, humanaq: servans
Jura, tuum justo legum moderata rigorem
Ordine libratas æquali pondere lances
Sustine, & in magno imperterrita pectore regnes.
Temperet innocua & rigidos Clementia sensus:
Vosq: simul certate omnes, contendite in unum
Ire animum: vestris adolescat moribus Heros,
Quem sibi Relligio, sibi quem Politia sacravit.
Quandoquidem natale solum, clarissima stirpis
Gloria DAVIÆ, tot maxima munera, totq:
Et belli, & pacis suprema negotia, tantum
Heroem exoptant, sic nos, sic fata tulerunt.
Vix ea Diva dedit; læto ruit Æthere plausus
Jàm tædet novisse alios Heroas, & unum
Corde fovere virum, totis occurrere votis,
Atq: animo incipiunt concordi pectore cunctæ
Virtutes, patriamq: petunt, stirpemq: vicissim
Discere: namq: ipsæ Charites imponere Nomen
Optavere; suis nec defuit arbitra mundi
Provida mens votis, atq: omnia numine firmat.
Tunc plausus inter, confusaq: murmura vocum
Intonuit vario concentu sępe JOANNES.
Concita cui magnis conflatos mensibus annos
Fata laboravere; & nunc pretiosa revolvunt
Stamina, Virtutum jam prolatura perenne
Hospitium terris, & magni fœderis omen.

FINIS.

Digitized by Google

Occurret, incessum gravitas, dulcissima totos
Gratia per teneros diffusa refulgeat artus:
Mascula vis animum, mentemq: invadat honesti
Consilium, rectiq: tenax, & candida veri
Pulchra Fides, Soror, & Comes indivisa; pudicas
Hùc Amor Alas urge, virgineumq: pudorem,
Atq: verecundos, speciosa Modestia, mores:
Tuq: Themis divina colens, humanaq: servans
Jura, tuum justo legum moderata rigorem
Ordine libratas æquali pondere lances
Sustine, & in magno imperterrita pectore regnes.
Temperet innocua & rigidos Clementia sensus:
Vosq: simul certate omnes, contendite in unum
Ire animum: vestris adolescat moribus Heros,
Quem sibi Relligio, sibi quem Politia sacravit.
Quandoquidem natale solum, clarissima stirpis
Gloria DAVIÆ, tot maxima munera, totq:
Et belli, & pacis suprema negotia, tantum
Heroem exoptant, sic nos, sic fata tulerunt.
Vix ea Diva dedit; lato ruit Æthere plausus.
Jàm tædet novisse alios Heroas, & unum
Corde fovere virum, totis occurrere votis,
Atq: animo incipiunt concordi pectore cunctæ
Virtutes, patriamq: petunt, stirpemq: vicissim
Discere: namq: ipsæ Charites imponere Nomen
Optavere; suis nec defuit arbitra mundi
Provida mens votis, atq: omnia numine firmat.
Tunc plausus inter, confusaq: murmura vocum
Intonuit vario concentu sępe JOANNES.
Concita cui magnis conflatos mensibus annos
Fata laboravere; & nunc pretiosa revolvunt
Stamina, Virtutum jam prolatura perenne
Hospitium terris, & magni fęderis omen.

F I N I S.

Digitized by Google